



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

2. De Compassione B. Virginis Matris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

tum ob acerrimam eiusdem cum plenissimo rationis iudicio apprehensionem; idque ex insatiabili erga æternum Patrem, hominesque vniuersos gratuiti amoris affectu, ob has rationes: 1. Vt sic in primo statim vitæ vestibulo illatam æterno Patri nostra inobedientia, superbia, carnisque indulgentia contumeliam, tam arduo asperoque satisfactionis remedio expiaret. 2. Vt nobis earundem virtutum exemplum daret, studiumque spiritualis circumcisionis, seu solidæ mortificationis inculcaret, gratiam copiosam nobis ad imitationem sui impetraret. Gratitude, feruor penitentia & mortificationis.

III. Idem ex nimio pro nobis patienti desiderio, non solum tunc æterno Patri hoc quasi matutinum sacrificium sanguinis sui deuotissime pro omnibus & singulis, & præsertim Electis representauit, sed insuper ad sacrificium vespertinum in arâ Crucis immolandam, vniuersumque sanguinem suum pro nobis effundendum se paratissimum obtulit. Gratitude, amor, zelus in amore Crucis Christum imitandi.

II.

*De compassione B. Virginis.*I. **B.** Virgo filiolo ob dirum circumcisionis

sionis

tionis dolorem fienti, copiosisque lacrymulis peccatorum nostrorum maculas eluenti intimè comparitur, & collacrymatur: Quàm incredibile materni amoris affectu, & doloris sensu intuens simul summam eius innocentiam, & vulnerum nostrorum, pro quibus curandis ipse vulnerabatur, grauitatem? *Compassio, Compunctio.*

II. Reuerenter eius sanguinem excipit, ardentè æterno Patri offert, plagam diligenter curat, deuotè primitias pretiosi sanguinis cum præputio asseruat, atque hoc præstat eò intensiore reuerentiæ, amoris, ac deuotionis excessu, quò clarius eum verum mundi Seruatorem esse cognoscit, & reuerentius tanquam suum vnicum & æterni Patris filium diligit. *Compassio, Gratitude, amor.*

III. Totam sese deinde ad eundem dilectissimum viscerum suorum faucium fouendum, consolandum, omniq; materni obsequij genere demerendum conuertit, simulque ad ardua quæque vnà cum illo vsque ad profusionem sanguinis perpetienda promptissimam offert. *Amor, resignatio.*